



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Amor pulchritudinis æternæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

## CONSIDERATIO IX.

## AMOR DEI.

*Amor pulchritudinis æternæ.*

Amoris nostri objectum est etiam æterna Dei pulchritudo. Quia *Amor est boni, & pulchri desiderium* (S. Dion.) Spiritualis pulchritudo Dei, ad conceptum corporeæ, conceptus consistit in tribus: *magnitudine, proportione, & claritate.* Primum in *magnitudine*; quia Deus est perfectissimus, & completissimus in seipso; nihilque deest ipsi, quod vero conveniat. Secundo in *proportione*; quia omnia attributa summè inter se proportionata sunt, & conformia. Tertio in *claritate*, quia non habet in se infinitum splendorem & claritatem, sed est ipsum lumen, ipsa lux per essentiam. Hæc est pulchritudo Dei pulchritudo increata, pulchritudo fontana, principium & finis alterius pulchritudinis. Istam contemplantur sancti hæc admittunt, hæc delectantur & amant, ac felicitate & vehementia gaudij, videntur eis dies, & momenta.

Tibi, o pulchritudo Dei, confecto cor meum, per te regna, in te regnet, ad te suspiret & anhelet. *Specie tuâ, & pulchritudine tuâ intende: prospere procede, & regna.* (Psal. 44.) Tuâ fortitudine liga me, cape me in precium tuum, tu sola habeas in me totale & absolute Dominium. Tibi reddat cor meum semper, & in omni loco, humile ac devotum obsequium vehementis Amoris.

CON-